

**www.e-rara.ch**

**Ioannis Manardi Medici Ferrariensis, Hac Aetate omnium medicinae professorum per uniuersam Italiam, in Galeni doctrina & Arabum censura celeberrimi, & optime meriti, Epistolarvm Medicinalium libri ...**

**Manardi, Giovanni**

**Basileae, M. D. XXXV**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Gal St 60,3

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-51673>

Hieronymus Artolphus Rhetus lectori s. d.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



**N**O VISTI optime Lector, nihil magis in animo, ac curę ueteribus fuisse, quã ut medicam artem posteris absolute integram ac puram, atq; sibi ubiq; similem, ueluti diuinũ quoddã munus, ut mortalibus admodum necessariũ, relinquerent. Quę paulõ post per fo cordiam hominũ, maximo contemptu miserę ac frustulatim discer pra, omnibusq; iuncturis eius dissolutis, alienisq; mēbris inuerso cõpacta ordine, monstrosum corpus induit, tam horridũ ac turpe, ut meritõ ab eius conspectu, ueluti à nocentissimę ferę oculis, acutioris ingenij iuuentus diu se proripuerit. Vnde & stupidis, insensatis, auaris, solum lucro inhãtibus, hætenus ferẽ locus datus: quorum inscitia non dubito accidisse, ut eius studiosos, tum morionũ, tum histriõnum, turpiũq; hominum titulis passim uulgus appellitet. Cæterum illam ut omnium disciplinarum certissimam, ita imposturis maxime esse obnoxiam, nemo facile inficias ibit. Cuius tamen rei causam si exacte disquirere coneris, non est ut infelici seculo, aut linguarum imperitiã, uel librorum penuriã tribuas. Nam Hippocrates, Galenus, alijq; penẽ omnes, non sua modo, uerum etiã Romana nobis loquuntur lingua. Nec desunt insuper qui ueterem medendi artem affectantes, non accurate ex præscripto illorũ præcepta non proponant, tanto etiam studio, tantaq; simplicitate, ut uel inter medicos hodie Grammaticam pueri ediscere possint. Ad hæc, quis non persuasum habet, tantæ maiestatis uiros, ex doctorum albo, non ad amussim cæteras quoq; uniuersas, aut saltem adminiculantes tenere disciplinas: quarum scilicet ope & genuinum autorum sensum assequi, & abstrusa quæq; depromere queant. Non igitur in magna illa perfectiõne impostura locum habebit. Porro in studiosa quoq; iuuentute hac parte nihil desiderabis, quę linguis, ut quidem necessario instrumento ad omneis disciplinas, tam anxie inhærens, atq; lepide instructa artis admodum sitiens, medicorum castris tenera etate se adstringit: ubi uero per atarẽ nacta iudicium, etsi hoc studiorum dispendio, planis facile renunciabit. Sed quanto felicis quum sub duce militare contingit, qualis hic IO. MANARDVS, cuius nã ingenij perspicuitatem ac singularem auctores interpretandi fidem, satis abunde hoc unum Epistolarum opus comprobat: in quo uel hoc dignum admiratione, ut quæ usu quotidiano medendi illi obuia, iustam libri formã nacta, & ueluti ex industria composita uidentur. In eo utriusq; ualitudinis cognitio, eorumq; cõmoda atq; incõmoda, omnesq; circuitus, morbiq; symptomata, tanq; ab elementis suo quæq; ordine profecta, ueræ methodi habitum induunt. Hic rarus rerum usus, ueteribus tamen non ignotus, qui hætenus per temporũ iniuriã, seu potius ob hominum ignauiã in desuetudinem abiit, felicissime ualitudini suæ accõmodatus. In his uniuersis, quæ perperã ex Græcis uersa aut sinistre percepta, unumquodq; admodum scite in suum locum reductum uidemus. Hic, ut simul dicam, omnia adeõ concinne coherent, ut ne Momus in eo quicquam calumniari possit. Hic spiritum Galeno, aut si mauis Hippocrate cuiusdã maioris deprehendes. Solus hic celeberrimus ille Apollinis mystes, Homericã illa, *ιατρος γαρ ανηρ πολλων ανταξιος αλλων*, laude dignus: quẽ hodie uel præcipuis quoq; præferendũ maximus ille ERAS. ROT. doctissimusq; SIMON GRYNÆVS non dubitarunt. Nunc & IO. SINAPII, uiri tum in linguis tum disciplinis ad miraculum usq; docti, suffragiũ, ad quod nos impares, meritã sui præceptoris laudi coronidẽ apponet: qui uel unus, imitatione atq; præceptis Manardi fretus, Germaniã ab impostorũ technis uindicatus est. Habes tandẽ præter innumera alia in eius libris nõ solum dictionis, uerum etiã rerum proprietatẽ ac copiã, atq; medicinã omnino ad ueterũ institutum renatam, nouoq; habitũ cultam. Rursus, quod omnium eximiũ est, hic multarũ rerum experiẽtiã cum ratione coniungens, medicamq; ex methodo exercens, imposto-

## AD LECTOREM EPISTOLA.

ribus uiam præcludere studuit. Quapropter, candide Lector, si tibi studiū Medicinæ est cordi, si à fece barbarorum purgatam, si apposite ex ueris principijs traditam, si deniq; omnibus partibus absolutam quæris scientiam, hunc Epistolarum librum legito, & nunquam spe futuræ eruditionis frustraberis. Hæc enim non medicis solum aut cæteris studiosis, sed uniuerso mortalium generi usui futura persuasum habeo. Quid unquã omnium rerum nobis optabilius ac præstantius euenire potuit, quàm ut ueris ac optimis repertis, miseram illam circumforaneorū turbam, unius MANARDI exemplo ducti, cōtemnere discamus: quorum recensere genera ac numerū, non est tutum. Alij à nuda linguarū cognitione multum sibi laudis uentantur: quæ certe ut medicis planè necessaria, ita sola medicum non reddit: quatenus pleriq; hodie interpretum utcunq; instructi, mire sibi placent, qui nec rem nec usum obseruantes, coniecturis pro ratione utuntur: hinc splendidi uulgo literatorum ac rudibus sese uenditant. Vnde fit non raro, ut Latini ex alijs linguis uersi auctores, uix se ipsos intelligant, maxime quod nulla rei estimatione, dictioni solum interpretes inhererit. Porro hæc non eò pertinent, ut quempiam à suo conatu auocare, aut perstringere uelim, sed ut collatione utrobq; facta, quantum alter in tractandis medicis ab altero distet, obseruemus. Plures scilicet hodie doctores, plures græce & latine, & si uoles chaldaice docti, sed pauci admodū medici. Hic obiter iuuentutem admonitam cupio, quæ per ætatem impostorum fraudem non nouit, sed ad uulgi sententiã, quem popularis aspirat aura, hunc & medicū salutat. Tandem ne quisquã me hæc absq; iudicio dixisse putet, hic sciat, heu quanta temporis iactura, ad eorum formam me transformatū, quo rectius singulorum imposturã deprehenderem. Reliquū est ut meam tenuitatem excusem, qui (crede mihi) nihil minus in animo habui, quàm ut meis ineptijs chartas oblinire uoluerim. Quare si quid, ut sane plurimū, est admissum, Michaële Isingrinio auctore, uiro, ut citra omnium iniuriam dixerim, typographo, alioquin diligentissimo, ac singularis iudicij, factum scias: qui me, ut solent candidi & synceri amici, non rogauit, sed potius coëgit, ac tandem ut me ridiculo exponerem peruicax. Cuius operam ac studium in excudendis non nisi selectissimis autoribus nemo satis extollere potest, adeò ut nō raro uel ipsi sua lima purgatiores facti, ac ueluti splendidissimo typorum ornatu circumdati, non parum gratiæ apud optimos quosq; merentur.

Tu igitur studiose Lector utriusq; conatum boni consule. Vale. Datæ Basileæ,

v. Calend. Martias,

Anno D. M. XXXV.